Iste liber est de sco gallo

3

IN NOMINE DNI NRI IHV XPI

INCIPIT TRACTATVS

SCI HIERONIMI PRBI SVPER IONAM PROPHET

INCIPIT PROLOGVS:

Triennium circiter fluxit postquā quinque prophetas interpretatus micheam · naum · ambacuc soffoniam · aggeum · & alio opere detentus · non potui implere quod coeperam; Scripsi enī librū de inlustribus uiris · & aduersum iouinianum duo uolumina · apollogeticū quoq; · & deoptimo genere interpretandi adpamachium · & adnepotianū uel denepotiano duos libros · & alia quę numerare longum ē; Igitur tanto post tempore · quasi quodam postliminio · ionā interpretandi sumens principium; Obsecro ut qui typus ē saluatoris · & tribus diebus ac noctibus in uentre coeti moratus · praefigurauit dnī resurrectionem · nobisquoq; feruorem pristinum tribuat · ut sci adnos spr̄ mereamur aduentum; Si enim ionas interpretatur columba · columba aūt refertur adspm̄ scm̄; Nos quoq; columbam & aduentum adnos interpretemur colūbę; Scio ueteres ęcclesiasticos

License: cc-by-nc – St. Gallen, Stiftsbibliothek St. Gallen, Cod. Sang. 123, 3 – Evangelia Vulgatae Versionis (?) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-uia0/1347/18270)